



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Annuntiatio Deiparæ 25. Martii, num. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

Nocturni
ignes super
Laureta-
num tectū
mūificē
delapsi.
omnem emuniciū; decretumq; est eo die festum
Lauretanæ fōnum celebrari: hæc iisdem fecerū
verbis ex Turfellino, qui etiam addit idoneis
testibus cogitum nocturnos ignes de celo
super Lauretanum testum labi visos ab aliis
Recinetenibus; hocque anniversarium specta-
culum ad Pauli III. Pont. Max. durasse tem-
pora.

PSAEMENTATIONIS DEIPARÆ
festum 21. Novembri.

4. *Præsentatio-
nis Ma-
riae festum
ab anti-
quissimi-
tatum Ec-
clesia t m-
poribus ce-
lebratum.*
DE Deiparæ, cùm trium esset annorum,
Præsentatione qua oblatæ est in tem-
plum die 21. Novembri, copiosè disservimus
cap. & hoc autem festum Græci ante multa an-
norum secula celebrauit, ut videre est in orationibus,
quaæ de eo antiquissimi Pares Græ-
ci, Germanus Patriarcha Constantinopolitanus,
qui floruit circa annum 715 & Georgius
Episcopus Nicomediensis habuerunt; quaæ extan-
tant apud Surium tom. 6. & quidem hoc fe-
stum die 21. Novembri annotatur in Menologio Græcorum, & in Constitutione Emmanuelis apud Thodorum Balsam. in nomocan.
Photii tit. 7. cap. 1. In Galliis celebrabatur tem-
pore Caroli V. Francorum Regis anno 1375.
quo tempore Philippus de Masteris Regni Cy-
pri Cancellarius in hujus festi honorem Me-
tente cœnobium construxit, illudque Monas-
chis Cœlestini Ordinistribuit. Deinde Paulus II. Pontifex Maximus, cùm mala innumer-
aria in orbे crevissent, anno 1464 festum hoc ap-
probavit, & solemniter celebrari imperavit;
Indulgentiis etiam (quod & Pius I. eius præ-
decessor recens fecerat) id p. e coientibus con-
cessis; quod Molanus in Martyrologio Usuardi
à se aucto testatur his verbis: *Ierosolymis Præ-
sentatio Beate Dei Genitricis MARIAE, quam
Pius, & Paulus Pontifices Romani cum Indul-
gentiis instituerunt. Sic ille. Patres verum Cœ-
lestini in Conventu Generali Parisiensi anno
1367. Præsentationi Deiparæ solennitatem
per cuncta sui Ordinis Monasteria Gallicana
perpetuè celebrandam sanxerunt.*

Sed, cùm Pius V. in recognitione Breviarii
Sanctorum festa contraxisset, & festum Præ-
sentationis Calendario non adscripsisset; In
Ecclesiis ramen Hispaniarum ex concessione
Gregori XIIII. celebrabatur. Deniq; Sixtus V.
Pontif. Max. in brevi dato 1. Septembri anni

1585. restatur hanc celebratatem ab antiquissi-
mis usque temporibus summa ubiq; genium
cum veneracione observatam, voluit eam. sic
ubi interm. s. estet restitui, præcepique per
omnes totius orbis Ecclesiæ die 21. Novem-
bris festum ejusdem duplice officio peragi. Ar-
noldus Uyyon lib. 5. lignivitæ cap. ult. refert
Abbatem quendam in Normannia Ordinis S.
Benedicti, cuius nomen ignoratur, tempore
Caroli V. Francorum Regis anno Domini 1375.
instituisse festum Præsentationis Beatae Mariæ
eadem de causa, & eodem miraculorum gene-
re, quo Conceptionis ejusdem festum ab An-
selmo Priore est institutum. hæc ex Arnoldo.

ANNUNCIATIO DEIPARÆ

25. Martii.

Anunciationis Deiparæ festum Orbis
Christianæ celeberrimum 8. Kalend. Ap-
rilis solemniter pietate, ac religione in Dei Ec-
clesia recolitur, cum Angelo nunciente ex san-
ctissima Virgine propter hominum salutem
Deus factus est homo, ipsaque Virgo vera Dei
Genitrix, simul etiam Angelorum, atque hor-
minum Regina est effecta; ut propterea, qui se
Deiparæ studiosos proficiuntur, de hoc myste-
rio ei possimum gratulentur. Plerique etiam
cum hebdomadæ diem, in quem singulis an-
nis incidit Annuntiatio, omniibus ejus anni
hebdomadis, ac annibus, & laetacino abstinent;
quorum pietatem B. Virgo peculiaribus in eos
cumularis beneficis sibi gratiam esse declarat;
quemadmodum cap. 38. dicimus: & quamvis
ea die Verbi Incarnatio, ut diximus peracta sit,
Festum tamen illud propterea, quaæ cap. 8. dis-
serimus, ab Annunciatione Virginis nomen
acepit. Hac vero 25. die mensis Martii ab Ar-
changelo Gabriele optauissimum illud nun-
ciuum Dei nomine Virginis allatum esse docet
Augustinus lib. 4. de Trinit. cap. 5. de Christo
loquens: *Sicut à majoribus, inquit, traditum,*
*successiōis Ecclesia custodit auctoritas, octavo
Calendas Aprilis conceptus creditur, quo & pas-
sus, de quo nos cap. 11. ex quo festum hoc in
Dei Ecclesia esse longè antiquissimum, ut potè
traditione suæ p. e. satis apparet: nam p. e.
ter Ambrosum, Augustinum, Chrysologum,
aliosque Pares percutitos, sanctus Grego-
rius Thaumaturgus, qui annum Domini cir-
citer 230. florebat, orationem de eo habuit lu-*

Nnn 3

solita-

culentissimam, à Guillelmo Lindano Ruremundensi Episcopo latine redditam, quemadmodum testatur Baronius in notis ad Martyrologium ad hunc diem.

*Annum-
ciationis
B. Virg.
octava.*

Octavam porto festi Annunciationis Ordo Carmelitarum pro sua in Deiparam pietate religiose celebrat: & quanvis olim in multis Ecclesiis hæc Annunciationis solemnitas ad 15. Calendarum Januariarum translata fuerit, quod Quadragesimæ tempus passioni Christi commemoranda tributum esset, ac meroi potius, luctuque deberetur, ut videre est in Concilio Laodicensi cap. 51. & in Toletano 10. cap. 1. quod celebratum est sub Eugenio S. Ildefonsi avunculo Toletano Archiepiscopo anno Dom. 656. teste Mariana libr. 6. de rebus Hispan. cap. 9. Romana tamen Ecclesia diem ipsum 25. Martii, in quo *Verbum caro factum est*, retinendum censuit: quod ipsum servavit Graeci ex iporum Menologio. Sanctus vero Ildefonsus Toletanus Archiepiscopus Eugenii successor eam Annunciationis solemnitatem, quæ, ut dixi, ex Concilio Toletano 18. Decembriis agebatur in Hispania, in expectationem partus B. Virginis commutavit; & de qua plura infia, Ecclesia vero Ambrosiana, teste Galestro in notis ad Martyrologium, Annunciationem Domini in die Dominica, quæ Natalem Domini proxime antecedit, celebrare consuevit: quoniam sæpe in hebdomadam sanctam incidit, in qua ob passionem Domini solemnitu celebri non potest.

Cæterum de praestantia, ac dignitate sacra-
tissimi mysterii in hac die Annunciationis per-
acti plura egimus cap. 8. hic solum adjiciam id,
quod de hac solemnitate habetur in exordio
orationis Athanasii de Annunciatione. Pri-
mum, inquit *hoc memoria subjiciendum festum*
hoc unum esse ex dominicis festis, atque adeo pri-
marium, & prorsus venerandum; utpote, quod
pro ordine & digestione rerum, que in Evangelio
de Christo predicanter, sacrosanctum habe-
tur, quippe in quo de *Filiis Dei e cœlis descendentes*
gatur. Hæc ibi.

VISITATIO DEIPARÆ die 2. Februarie.

6.
*Visitationis
Deipara-*

Visitationis Beatae Dei Genitricis festum, cum ad S. Elisabeth Praecursoris matrem invicendam se contulit, institutum est ex S.

Antonino 4. par. tit. 15. cap. 24. §. 3. annum citi. *re solemniter* 1385. ab Urbano V I. & à Bonifacio IX. con-
firmatum, vel potius promulgatum anno Do-
mini 1389. ad Dei Genitricis opem ea instituta
celebratae impensis implorandam, propter
gravissimum illud schisma, quod Ecclesiam
Dei ab obitu Gregorii XI. usque ad Martinum
V. miserè lacerabat, è medio tollendum. Cat-
inalis Baronius in notationibus in Martyro-
logium ad diem 2. Julii legisse se affirmat tra-
statum quandam manu scriptum Joannis Pra-
gensis contra quandam Adalbertum ejus so-
lemitatis impugnatorem, in quo cùm plura
eruditè dissenserat, nonnulla miracula, & certas
revelationes assert, quibus Deus hanc solem-
nitatem manifestissimè comprobavit. Sed
Bonifacius IX. in suo de hoc festo diplomate
fructum, quem ex hac celebritate colligere de-
bemus, gravissimis verbis in hunc modum in-
dicat. *Hancigitur Visitationem felicis recorda-
tionis Urbanus Papa Sextus prædecessor noster de
fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilis
annis singulis, ut Virginis matris Dei humile
obsequium cognata exhibitum jugiter cordibus
fidelium sit infixum, in Ecclesia Catholica sex-
tonas Iulii in perpetuum celebrari instituit;*
& mox Indulgentias, quas idem Urbanus iis
concesserat, qui Officio, vel Missæ ejusdem fe-
storum intercesserint, subiectis. Hujus festi Octavam ab
Urbano VI. instar solemnitatis Corporis Christi
institutam complures Religiosorum fami-
liae pè servant, ejusmodi sunt Cluniacenses,
Præmonstratenses, Cistercienses, Dominicani,
Augustiniani, Carmelite, & Cœlestini.

PVRIFICATIO DEIPARÆ die 2. Februarie.

Purificatio Dei Genitricis à Latinis, & Græ-
cis secunda Februario quadragesimo a Na-
tivitate Domini die tñè celebratur: hoc te-
stum à Græcis Hypapante Domini, hoc est oc-
cursum, seu obviatione appellatur, quando vi-
delicit Simeon occurrit Christo, qui in Tem-
plo præsentabatur, cujus exemplo Ecclesia
in ejus diei officio omnes, ut Christo occur-
ramus invitatis verbis: *Ecce venit ad Ter-
ram sanctum suum dominator Dominus; Gau-
de, & letare Sion occurrans Deo tuo.* Et in Ec-
clesia quidem Orientali sub Justiniano Impe-
ratore celebrari coptam, occasione cuiusdam
in Ec-